



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 68. Decreta pro studiis, & Auctoribus Theologicis in Societate
adoptandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

lanco est demandatum. Porro in Affi-
stentes feligebantur quatuor, ac qui-
dem Madrutius pro Italia, & Sicilia: Na-
talis, seu Nadalius pro inferiori, & su-
periori Germania, & Gallia: Gonsalvus
pro Lusitania, Brasilia, Æthiopia, &
Indiis: denique Polancus pro Castella,
Arragonia, & Bœtica. Hi nonni-
si a duobus illis, qui Generalem elegerant,
fuere nominati: ad cetera vero negotia
quinque Provinciarum Procuratores in
consilium vocabantur: prima autem
omnium sollicitudo eo tendebat, ut
Constitutiones a Patre Ignatio conscriptæ
reciperentur, eæque typis vulgarentur.
Sub idem quoque tempus circa studia,
ac selectum Autorum, quos in Theologicis,
ac Philosophicis materiis sequi oporteret,
decretum fuit editum, quamvis id ipsum
jam antea Sanctus Ignatius præscripsisset.

§. LXVIII.

*Decreta pro studiis, & Auctoribus
Theologicis in Societate ad-
optandis.*

Hic idem Sanctus præcipuam in eo
curam impendebat, ut ejus Societas
scientiarum laude emineret, atque
ab ea procul abessent privatæ opiniones,
quæ a sententiis passim in schola re-
ceptis,

*In Deol. ad
cap. 14. p. 4.
Const. litt. B.
Bouhours
vie de S. I.
gnace l. 4.
p. 374.*

Sæcul. XVI
A C. 1558.

ceptis, ac sacræ Scripturæ, necnon San-
ctorum Patrum doctrinæ consonis rece-
derent: semper enim Ignatius novitati-
bus in Theologiam, Philosophiam, &
Grammaticam investis sese opponebat;
quapropter, cum D. Thomæ doctrinam,
ac sana dogmata, quæ ex hoc fonte u-
bertim hauriri posse noverat, plurimi
haberet, suis discipulis hujus Doctoris
sententias vel maxime commendabat,
atque ipsemet Pater Laynesius hanc D.
Ignatii Constitutionem innovare sata-
gebat, habito conventu Anno Domini
millesimo quingentesimo quinquagesimo
octavo: primis tamen hisce verbis a So-
cietatis Fundatore adductis: *Prælega-
tur Vetus, & Novum Testamentum & do-
ctrina Scholastica Divi Thomæ*, Laynesius
addidit: „prælegatur etiam, seu expli-
„cetur Magister sententiarum: si vero
„progressu temporis alius Auctor studio-
„sis magis utilis ederetur, sique a quo-
„piam Summa, seu Theologiæ Schola-
„sticæ tractatus nostro ævo magis com-
„modus elucubraretur, hic præmissio ma-
„turo examine prælegi poterit, dum-
„modo prius Societatis Patres ad feren-
„dum ejusmodi judicium magis idonei,
„desuper deliberarint, ac Præpositi Ge-
„neralis approbatio accesserit. „